

*diabolicis artibus prorsum fascinato, qui Christum emulatus seductos
 12. discipulos initio paravit sibi pretio emptos, ut errorum praecones fi-
 erent. Tandem v. extremo supplicio periit. Nam Regis Persarum filio
 aegroto, Medicis opem nullam praestantibus, desperato n. morbo, Ma-
 nes nimirum confusus Magicis artib. remotis omnibus alijs medicis pol-
 licetur restitutionem. Postquam vero Manes suis promissis non sa-
 tisfaceret, Regis filio Medicis destituito mortuo, Rex impostorem a-
 rundine excoriari, & canib. devorandum objici curavit. Socrates
 lib. 1. Hist. Eccles. c. 12. (2) Arii, qui carnem Christi planè inanima-
 tam esse contendebat, ita ut anima vicem divinitas suppleverit. (3)
 Apollinaris, qui dicebat primùm animam in incarnatione à λόγῳ
 non esse assumptam, corrigens postea suam sententiam, animam qd. as-
 sumptam dicebat, sed tñ. ejusmodi, quæ non haberet mentem. (4)
 Valentinianorum circa annum Chr. 150. qui quidem non negabant
 Christo verum corpus competere, ἐτερόσιον tamen nostris corporibus
 esse id somniabant, quippe cœleste & spirituale, quod per Mariam
 instar aquæ per canalem transferit. (5) Monotheletarum, qui u-
 nam tantum in Christo voluntatem & operationem, divinam scil.
 concessere, adeoq; & unam tantum naturam puta divinam, vel sal-
 tem Christum animæ rationalis expertem credidisse censendi sunt.
 (6) Eutychem, qui Humanam Christi Naturam à Spir. S. in utero
 Mariæ formatam, statim post factam unionem à divinitate absor-
 ptam, & in nihilum redactam esse somniabat. 7. Schvvenckfeldii
 qui scripsit carnem Christi, non esse ex Maria virgine, sed ex semine
 sui Patris nerape Spiritu S. part. 1. Magnæ Confess. Carnem Christi
 nullam ex parte vel minima quidem creaturam esse, lib. de filiat. &
 Gloria Christi. carnem item Christi non esse similem Humanae natu-
 ræ Turcarum, part. 3. M. C. (8) Weigeli, part. 1. postil. p. 38.
 part. 2. p. 29. & 59. docentis Filium Dei à cælo secum detulisse car-
 nem & sanguinem, & in Theol. Mystic. p. 175. Christo spiritua-
 le & supernaturale corpus affingit. (9) Anabaptistarum, qui i-
 tidem è cælo Christum habere originem carnis suæ comminiscun-
 tur, uti videre est in Colloqu. Embdan. & Menonis scriptis, κοινὸν μὲν
 suum subindè IN Maria, non EX Maria ingeminantes, ex Matth. 1. 20.
 At oppidò falluntur, particu. am ἐκ non per causam efficientem,
 C 3 sed*